

quam & vernicem & gummi iuniperi dicunt, potius quam pro sandaracha veterum substituerim. Nam sandaracha veterū, arsenici vires habet, & in hoc Antiballoménōn Catalogo pro eo ponitur: sicut & pro sulfure viuo & pro fæce vini, αὐτὶ σφέκλης. Intērim an sandaracha Græcorum aliquid commune etiam cum halosantho habeat, considerandum: quod mihi vix videtur. Psilothrīs enim & corrūpentibus pilos, non attenuantibus medicamentis misceri solebat. Vini verò fæx non sandarachæ Græcorum modò vires in multis referre videtur, extra corpus, erodendo scilicet, exiccādo & extergendo, vīta præsertim: sed etiam halosanthi, tum intus sumpta, ad alui deiectionem: tum foris adhibita ad oculorum remedia, & alia pleraq. liceret autem ei vel salem nitrūm ve aliquando addere, vel saponem ad smegmata. [Author libri de dynamidijs falso inscripti Galeno, Aphronitrū ita miscet,

γ Σ